

וְיִמְעַד יְהוָה

OBSERVATIONES  
NONNULLÆ SUPER NA-  
TURAM PHRENOSCHE-  
MATUM.

Quæ

Consentiente Ampliss: Facultate  
Philosophica in Regia Academia  
Aboënsi,  
SUB PRÆSIDIO,  
*Celeberrimi Viri*

DN. TORST. RUDEEN,

Poët. Professl. Ord. h. t. Facult.  
Phil. Decani spectabilis,

*Publici speciminiis loco*

Bonis examinandas modestè exhibit

JONAS EMZEEN,

Wermel:

ad d. 30 Aprilis Anni 1697 loco  
& horis adsuetis.

---

Impr. apud Jo. WALLIUM.

*H. Pastor. Carrot*

Admodum Reverendo multeque & eruditio*nis*  
& experientiae laude Praclarissimo,

Domino. Maris BrYNTHONI  
MAGNELIO,

Pastori in Stafnås & ceteris. qvæ huic  
annectuntur, ecclesiis longè meritissi-  
mo, nec non vicini districtus Præposito  
gravissimo curatissimoque, Mœcenati,  
Promotori ac Benefactori summa  
veneratione suspicioendo.

*Plur. Reverendo ac inclito,*

Domino. JOH. HOLMEDALIO,  
Holmedalensium Pastori fidelissimo vi-  
gilantissimoque, ut ante aliquod abhinc  
annos præceptor i fide ac industria mihi  
spectatissimo, sic nunc Promotori ac Fau-  
tori indubitatissimo, omnique honore  
æstatem prosequendo.

IN. INFUCATE. PIETATIS. GRATIÆQUE.  
TA. IN. SE. COLLATA. BENEFICIA. HA

*Singulis pro merito*

RIS

Plurimum Reverendo atque Clarissimo Domino,

DN. M. DANIELI  
LUGEROSI

Pastori in Arswijka cum ejus annexis dignissimo atque attentissimo, Evergetæ ac Promotori certissimo multumque devenerando.

Reverendo Doctissimoque,

DN. AMUNDO EMZENIO,  
Sacellano in Stafnås diu optime merito, parenti, qvavis filialis pietatis reverentia mantando.

RECORDATIONIS. SYMBOLUM. OB. MUL-  
SCE. PAGELLAS. SACRAS. ESSE. CUPIT.  
*addictissimus*

*cliens*  
J. EMZEN.

In Juvenem  
Eruditione & Virtute pereximiam,  
**DN. JONAM EMZEEN**  
Wermelandum,  
De PHRENOSCHEMATIBUS  
acutè differentem,

**Eπίγραμμα.**  
Impiger EMZENI, præclatis nomen adæqvas  
Factis, excellens prodis & ingeniam;  
Discursu docto PHRENOSCHEMATA quando re-  
fingis,  
Doctrinæ fontes effodis atque gravis.  
Haud aliter latus olitor desudat in hortis,  
Cisternas qværens sponte fluentis aquæ:  
Impendit curas satagens noctesque diesque,  
Ut tandem fructus ipse referte queat.  
Sedulus inqviris quoqre sic Emblemata acuta,  
Sæpius & rectis prodita sensa notis.  
Sit Phrenoschema tuum, EMZENI; Sudore Cor-  
ronam!  
Præmia jfis referas digna labore tuo!

Gratulabundus L. Mq.

scripsit

PETRUS LAURBECHIUS  
S. S. Th. D Prof. Primar.  
Conf. Ep. Wib.

Literis & moribus conspicuo Domino,

JONÆ E M Z E E N ,

Amico dilecto,

S. P. D.

Cum hisce primum diebus intel-  
ligerem Te specimen Eruditio-  
nis daturum , consilium mutasse  
& pro amplissimo illo argumen-  
to, prolixius quam res tuæ ferrent  
(dicit enim doctrinâ es quam au-  
ro) adornato , breve hocce , sed  
subtile tamen reconditæque omni-  
nò sapientiæ elegisse, tantum abest:  
ut institutum tuum improbarim,  
ut illud magnopere laudem. Si  
enim non una sed multiplex datur  
via, quâ ad Musarum culmen con-  
tendimus, variusq; in earum castris  
est modus, quo nos illis probamus,  
utique tanto magis es æstimandus,  
quanto consilio tuo mutato mon-

stra.

strasti abundantius, Tibi non unicam, sed diversam & æque unam ac alterā viam esse notā, qvā examinis probam subire, voti compos reddi metamq; honestissimā aſteqvi possis. Ea verò est utriusq; elegantiā & pulcritudo, ut qvænām alteri cedat, & alterā qvæ superet non videam. Hoc tantū comperi, unam alteramq; vñ de solida tua Eruditione variarumq; scientiarū capaci ingenio satis superque testari. Ita igitur pede felici & fata ſeqvere, nec dubita quin veniet cū tempore tempus, qvo tot circa ſapientiæ ſtudiū devoratæ moleſtiæ, tam innocens & laudabilis vita, rarusq; animi candor, ob quē cunctimpenſe te amant, honoribus & præmiis largiter & dignè compenſabuntur. Vale. Scripsi occupaſiſſi.

*Te non parum eſtimans*  
LAURENT. BRAUN  
h. - t. Rector.

וְרֹוחַ

Eruditis & beniyolis pariter legentibus  
S.

uum animi mei eique permisso  
otii, cuius non minus quam ne-  
gotii exigitur ratio, rationem a-  
liquo exercitio Academico ante  
aliquid abhinc tempus reddere volutaram,  
materiam elegi arduam quidem, mihi tamen  
non injucundam & qua, si ull a alia, cogitationes  
meas in interiorem mei, nec mei vel tui so-  
lius, sed universi generis humani cogni-  
tionem duceret. Scilicet certum mibi erat,  
quod etiam pro qualicunque ingenii mei  
talento confeci, partium homini essentia-  
lium, animæ nimirum & corporis, perpendere  
naturas earumque nunquam satis mirandam  
unionem & denique inde proveniens mu-  
tuum utriusque partis actionum & passio-

\*

nun

num commercium. Verum quo minus id,  
quidquid erat tentaminis, in apricum prodi-  
ret, preter debortamina bene mibi cupien-  
tium suis cauts non destituta, satis præ-  
gnans etiam causa erat iniqvitas fortune,  
quæ sumtus, quos tractatus desiderasset am-  
plitudo & ego possideri optasse, suppedita-  
re prorsus renuebat. Idcirco si qua par-  
te sui mutilæ & mancæ hæ fuerint pagel-  
læ, quas de re præsenti labore magis sub-  
itaneo consignavi, nec legentium deside-  
rio, nec materiæ dignitati fecerint satis,  
veniam bonorum non despero: eorum præser-  
tim, qui noverunt eum esse rerum mearum  
habitum, qui quidvis porius admitteret,  
quam ut tantulo temporis spatio duobus ar-  
gumentis, quo deceret vultu adornandis, sup-  
peterem. Atque hæc erant, quæ præfari  
sisterat, ne qvem animi nostri sententia si-  
mul ac præsentis propositi ratio lateret.  
De cætero optimum qvemque bene valere  
jubeo & tenuitatem nostram boni consulere  
perquam officiose & humaniter obsecro.

THES.

## THESIS I.



uemadmodum societas, quam civilem vocamus, plurimis putatur non minus externæ humani generis necessitati ac indigentia originem debere, quam naturali ejusdem propensioni: ita quæ eandem societatem perpetuo conservant, perinde ac primo conciliarunt, hominum voces sive ore sive literis expressæ, ut animorum signa ac indices sint, plus habent abs nominali impositione, quam ex sua natura; Nam licet inter dotes alias, quibus Creator optimus hominem ad imaginem suam factum brutorum sorti exemit, haud minima sit ea, quæ animi conceptus ore explicaret aliisque suis consortibus communicaret, licet articulatam etiam vocem homini exnatura inesse certum sit, tantum tamen abest: ut vocabulum unum præ altero sua natura certam rem denotet: ut nihil magis defuerit, quam ut inter homines eadem usuros lingua intercederet pactum, quo rem unam una &

A

non

non alia voce designent, cuius pacti  
virtute id etiam qvisque animo volvis-  
se existimatur, qvod verba ejus præ-  
se ferunt, præsumiturque insuper homi-  
nis ingenium haud secius cognosci ex  
sermone seu vivo seu literis commisso,  
qvam ex sono cognoscitur vas vacuum  
aut plenum. Ex hac sermonis & a-  
nimi nostri concordia *Phrenoschematis*  
appellationem traxerunt symbola, qui-  
bus maximi qviue viri heroicæ men-  
tis consilia exprimere sueverunt.

## THES. II.

Est autem phrenoschema vox  
recentius inventa, Græca origine, com-  
posita ἀπὸ τῆς Φρενὸς καὶ σκημάτων  
que latine vi vocum imaginem sive  
figuram animi: unde nostratibus cum  
germanis venit nomine *Sinnbild*/ Ita-  
lisque, à qvibus hoc argutandi genus  
qvam maximè est excultum, *impresa*  
ab Italica voce imprendere, qvod est  
aliqvid aggredi vel moliri, Gallis *de-  
vise* dicitur.

THESES.

### THES. III.

Natura phrenoschematos consistit  
in argutia, qvæ in proportionata me-  
taphora argumenti poëtici ex simili  
fundatur, heroicasque cogitationes  
symbolica ratione exprimit, addita bre-  
vi acutaque sententia, qvæ communis-  
ter signatur nomine lemmatos. Sive bre-  
vius sic placuerit; quod sit metaphora  
poëtica per figuram heroicum quid  
exprimens, cuius finis est cum delecta-  
tione docere.

### THES. IV.

Partes phrenoschemata constituen-  
tes esse volunt nonnulli duas, quas ad-  
pellant animam & corpus, alii addunt  
tertiam sententiam scilicet sive inscri-  
ptionem, qvæ animæ cum corpore  
concentum demonstrabit. Illi qui tres  
partes volunt, dicunt *corpus* dici ipsam  
imaginem sive figuram, *animam* vero  
ejusdem imaginis cum re explicanda  
similitudinem, *sententiam* esse indicium  
similitudinis cum re personave. E: G:  
A;

Phre-

Phrenoschema, quod Augustissimo no-  
stro Regi (cujus nunquam satis de-  
plorandum obitum infaustissimus nuper  
attulit nuntius) positum est, Arctos ni-  
mirum cum lemmate *nescit occasum*. Cor-  
pus est stella polaris: *anima*, ejusdem cum  
Rege similitudo, qvæ in hoc consistit:  
quemadmodum Arctos aliis Stellis oc-  
cidentibus manet interdiu noctuque  
cum suis inoccidua: sic Rex noster  
clementissimus pacis ac virtutis Stu-  
dio die nocteque invigilando se suos-  
que vindicat ab interitu, mereturque  
a pia posteritate heroicis suis & im-  
mortalibus factis, ut ejus fama haud  
prius sentiat oblivionem, quam Calisto  
occasum. Reliqui, quibus bipartitio  
placet, sententiam ipsam seu lemma  
*animam* vocant, quæ occultè spectato-  
rem admonet, convenientiæ inter fi-  
guram & consilium repræsentatum.

THEL. V.

Licet de re quavis non inhona-  
sta desumi possint metaphoræ, non  
alias

alias tamen magis, quam in phrenoschematibus, utpote genuinis heroum fœtibus, sollicité agendum ut metaphoræ adhibeantur perfectiores, perfectiores autem censentur, quæ petuntur à rebus sensu carentibus, quam vivis, ex naturalibus, quam artefactis, extermenis remotis, quam propinguis. adeoque minus sapiunt similitudines ex homine ad hominem, quam elementis, meteoris metallis ac mineralibus sumtæ; quippè illæ nec adeo novæ sunt: ut admirationem mereantur, nec adeo patentes: ut comparationis tertium translationisque proportionem explent: monstra quoque exesse jubentur cum Imaginibus fabulosis & similibus, quæ ex hominum commento, non ex natura vim suam habent; nisi commenta sint vulgatiora, quæ nonnunquam cum adplausu usurpantur.

THES. VI.

Membra tamen corporis humani in Phrenoschemate callide adhibita non omni carent sale. E: G: si osten-

furus indefessum laborem gloriā  
parere, depingas manū cū clava  
Herculis & lemītate: *Hinc virtus & gloria.*  
Sic quoque venti, per vultus humanos  
exnubibīs spirantes repræsentantur.  
Qua occasione id monendum esse du-  
co, vix humani corporis partes ad-  
duci debere, præter illas, quæ possunt  
solæ spectari sine horrore, & sunt tan-  
quam protensæ ab ipso corpore laten-  
te, cuius stirpi etiamnum adhærent.

### THES. VII.

Sint metaphoræ nobiles & pul-  
cræ, non humiles, turpes aut foedæ:  
sint naturales, non tamen omni admirā-  
tione destitutæ: novæ; sed ita tamen, ut  
non opus sit divinatione in istis cognō-  
scendis, & quæ possunt per qvatuor  
terminos adplicari ac resolvi: ut si ad  
denotandum principem optimum, qui  
cominus & eminus armis & consilio  
triumphat, depingatur Histrix cum  
temmate: *cominus & eminus.* Qvæ me-  
taphora per qvatuor terminos adpli-  
tatur. Sic aliquis ad denotandum a-  
ni-

nimum candidum & nulla ratione corrumpi facilem, corpus fecit candidam papyrum positam sub ipso foco coëuntium radiorum solis, per Crystallum causticam refractorum, illæsam ab illo igne qui quoslibet alios colores adurit, cum sententia; *Candor illæsus.* Qvatuor termini sic exprimuntur: qvemadmodum focus vitri caustici nihil valet adversum colorem candidum, ita nulla vis, licet fortissima dimovebit mentem candidam à tramite recti. *In omni re decorum est servandum.*

### THES. VIII.

Inscriptio ipsa nihil nominet eorum, qvæ in figura cernuntur expressa. Nam superflua est inscriptio, si figura sine inscriptione sensum habeat integrum atque absolutum: quale illud Phrenoschema æmuli Mediceæ familiæ, *bombardam* depingentis, qvæ pilam exploderet, significantis Medicæam familiam, cuius insignia *pila* sunt, ferro & igne extrudendam. Et est Su-

Superflua figura, si lemma sine figura certi quidpiam significet. Unde licet ad imprelam requirantur & corpus & inscriptio; non tamen est: ut utrumque semper exprimatur; Cum etiam id genus occurrant inscriptiones, quæ corpore non egent, taliaque corpora, quæ sine inscriptione intelligi possunt, quæ sunt plerumque gentilitia insignia: de quibus ars Heraldica tractat.

### THES. IX.

Observandum quoque est antiquitus fuisse in usu præsertim inter beligerantes non per picturas & imagines; Sed per ipsas res ultiro citroque missas heroica animorum consilia prodere, absque tñ: omni voce, quæ inscriptionis vicem posset supplere. Ita Joh: Magnus historiæ suæ lib. 3. cap. 6. 7. Narrat Gothorum regem Anthinum Dario Hydaspi bellum sibi ob negatas filiæ nuptias inferenti misisse avem, murem & ranam: quibus donis significabatur omnem Persis redditum inter-

terceptum iri, nisi cum avibus avolent, aut ranis flumina tranent, aut cum muribus terræ cavernas aperiant, quartam elabendi viam nullam dari.

### THES. X.

Si imago inscriptiove ad Autoris vel nomen vel cognomen, familiam vel res gestas alludant non parun conferunt ad Phrenoschematis dignitatem. Sic qvidam: ut Gelardæ cuiquam blandiretur, Ætnam depingi fecit cum Inscriptione: *gelat & ardet.*

### THES. XI.

Corpus non continebit plures imagines, nisi plures istæ unum quid faciant, ac uni sententiæ serviant, quandoquidem per ejusmodi symbola non nisi unicum mentis consilium adumbratur. Inter plura itaque rem unam componentia præcipue numerari solent Stellæ, luna & cætera, quæ nocturnum Cœlum exornant: sic aliquis proditurus desiderium amicæ

profectæ vel defunctæ, qvod nulla Venus superstes aut præsens solari potis erat, depinxit heliotropium, de caule sua versus terram pendulum, & sollicite respectans exiguae reliquias radiorum solis sub terræ umbra occultati, secundum lunæ Stellarumque innumerarum supra se micantium, cum hac Epigraphe: *non mille qvod absens.*

## THES. XII.

Animi Conceptus, qui imagine vel inscriptione designatur, si perfectus audiet, nec talis erit: ut plurifariam explicetur, nec talis: ut pluribus adplicetur aut opportunus sit cavillari volentibus. Qvale tuit phrenoschema regis Galliæ si recte accepimus: in quo sol totam terram illustrans cum lemmate *sufficit unus*, designabat illius regis celebritatem, quod immutarunt Belgæ, gens si ulla alia libertatis studiosa & Monarchico statui infensa, interponendo inter imagines solis & teluris

Iuris, simulacrum Casei Hollandici,  
ipsique inscriptioni has voces adjici-  
endo: nisi Caseus esset.

### THES. XIII.

Inscriptio quanto est brevior,  
tanto reputatur dignior, eritque illa  
nec adeo vulgaris, ut omnibus pa-  
teat: nec adeo obscura, ut omnes fu-  
giant: amari autem maxime solet la-  
tina, utpote quâ lingvâ erudito orbi  
non alia est communior: item in pri-  
ma & tertia persona, rarius in secun-  
da, ubique autem suum salem habebit.

### THES. XIV.

Phrenoschemati licet confine sit  
emblema; ab eo tamen haud parum  
distert loco atque artificio: scilicet  
huic locus magis proprius est scu-  
tum, vexillum, galea, sigillum cum  
consimilibus aliis. Phrenoschema et-  
iam hoc existimatur perfectius, quo  
figura ac lemma sunt acutiora & ma-  
gis

gis unica: Emblema vero populare est, ad mores hominum in universum spectans, loca habens propria telas, tabulas, parietes, opera phrygia & morea, plures item & quaslibet figuræ admittens, nec integra humana simulacra respuens, quæ in Phrenoschemate, uti dictum est, sine vitio non comparent: Emblematis exempla duo tantum adferam, tabulas scilicet, in quarum altera depicti stabant duo ardeliones cum lemmate: *nos sumus tres*, quo inueniebantur voluisse spectatorem fore ardelionum tertium. In altera Eva Adamo fatale pomum manducandum porrigebat cum lemmate: *malus mala malum*. Phrenoschematis quoque plura produxisse exempla initio constituebam, sed contrarium svadente tempore hisce allatis supersedeo & manum de tabula.

וגדל יהיה תמיד

Ad Juvenem.

Virtute & Doctrina Politissimum

Dn. JONAM EMZEEN,

amicum & popularem perquam di-  
lectum cum de indole Phrenosche-  
matum pulcre dispu-  
taret

**Q**ui vires hominis, nomen, pia facta;  
genusque  
Res variae simulant, hoc Phreno-  
schema docet.

Et docet autorem didicisse fideliter artes,  
Quas nunc cum Phœbo lata Minerva  
probat.

Amoris Contestandi ergo.

Scripsit

MAGNUS Lindbeck.

Ei-

*Eidem*

**M**AESTE TUÆ NITIDÆ SIC SPARGERE SEMINA  
MENTIS  
INGENII FELIX INDOLE MÆSTE TUI!  
PRÆMIA SIC MERITUM, STUDIUM SIC FAMA  
MANEBUNT,  
DUM MICAT È SACRO CASTALIS UNDA JUGO.  
STUDIORUM SUORUM MODERATORI CARISSI-  
MO SIC ADPLAUDERE VOLUIT  
J O H. FLOOR.

---

**G**var til Ehrt Sinne har det ådla  
Smycke åmnat/  
Som Himlen i vår Siål sin Sin-  
nes-Bild har språngt/  
Afbildar detta Wärck/som til ett Prof  
år lämnat/  
At I til Dnygd och Wett Ehrt Sinn  
vpoffra tänkt.  
OTTO FLOOR.

